

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gloria eterna as
cum fonte primo

Futura uita ubi ipsa ciuitas,
que est angelorum sanctorumque omnium congregacione beata,
meritis fulgentibus micat, eterna salus exuberat, ueritas regnat;
ubi nec fallit quisquam nec fallitur, unde nullus beatus eicitur;
ubi nullus miser admittitur.

Prosper ibidem (de uita contemplatiua).

- Ergo futura uita creditur beate sempiterna, et sempiterne beata,
ubi est certa securitas, secunda tranquillitas,
tranquilla iucunditas, felix aeternitas, aeterna felicitas;
ubi est amor perfectus, timor nullus, dies aeternus,
alacer motus, et unus omnium spiritus de contemplatione Dei sui,
ac de sua cum illo permansione securus;
- ← ubi ipsa ciuitas,
quae est angelorum sanctorum et hominum congregatio beata,
meritis fulgentibus micat, et aeterna salus exuberat, ueritas regnat;
ubi nec fallit quisque, nec fallitur; unde nullus eicitur beatus,
et quo nullus miser admittitur.

Iulianus Pomerius, *De uita contemplatiua*, 1.2 (PL 59, col.420A-B).